

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[Reinhard, M.]: De Germania aliis terris anteferranda locutus est oratione,
17 Jan 1795

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

De

Germania aliis terris anteferrenda
locutus est oratione

Jan: die XVII^{ta}. anni MDCCXCi,

W. Reinhard.

Director gravissime,
Sodales ornatissimi,

Quaerquam omnia, quae ad universam humanum genus
pertinent studium nostrum requirant atque attentionem, cum
gentium historia quam maximum nobis afferat fructum,
si recentiora videritis conferre atque coniungere didicimus,
patriam tamen historia et lacta, quae ipsi acciderunt &
infans, magis nos, nescio qua dulcedine, attrahit, atque
delectat. Mira inde et incredibilis quaedam patriae
venerabilis et superbia originis veram Germaniae sobolem
intendet, si, patriam qualis fuit & qualis nunc est
cum aliis nationibus comparans, virtutes ac ipsa
stantiam ante oculos & in animis habet. Si in
antiquissima redit tempora, veteres Germanos fortes
viros, ceteros atque benignos intelliget, rudes quidem

✓

atq; incultus adhuc, sed tamen tali virtute, ut Tacitus
 indyctus ille Romanorum historicus, effoeminatis ac de-
 pravatis civibus, non ad intuentum modo, verum etiam
 ad imitandum eos proponere minime dubitaret.
 Quantam nobis delectamenti praebet materiam, illa
 tempora nobiscum repetens atq; perlustrans, in quibus
 inconcussa fortitudo & imperturbata constantia maxima
 gloria, & probitas pectusq; apertum mos erat atq;
 inoles nationi propria. Sic germanicus, cui
 persuasum fuit, fore ut in aliis regionibus post ob-
 tum virtutis suae mercedem accipiat, aequo ani-
 mo ac imoto periculis sese obtulit, omnia
 potius quam ignominiam passurus, uxor mari-
 tum blanditiis et adhortationibus ad fortitudinem
 excitavit, in proelio aspectu & applausu suo
 inflamavit, sepsis ac laudatrix fo rerum bene

atq; fortiter gestarum; defidiam aut luauriam desti-
nationem suam minime cauta, omnia pericula, gaudia
ac miseras vital cum illo partiebatur, comes illi
atq; solatium. Nil illo tempore adulterio rarius,
& si uxor quaedam adeo impietatis procederet, igno-
miniosissimum illam manebat supplicium.

Iuuenis deniq; armis & periculis inuictus, inexhaustam
pubertatem, nullo imaturo amore corruptam in
matrimonium attulit. Jam in hac aetate
felici Germanorum populus supra omnes gentes
orbis eminebat, terror cuncta moderantis Romae.
Omnes fere caeteras regiones ac gentes vin-
dicaverat insatiabilis Roma, fortis tantum
Germanus sagum subire noluit. Ubique
Romanus imperium explicaverat, ibi etiam
victo populo legis, sermonem moreq; suorum

intulit. Germania proter tot gentes sola,
 sicuti nunquam superba vincula populi Romani
 ferebat, neq; mores illorum asumpsit neq;
 sermonem, sed avitum sermonem servavit me-
 rum atq; incorruptum. Germanus
 vero non tantum unus populus, qui nunquam
 plane subactus aut omnino devictus, ingua
 potentioris passus est, sed proterea omnes fere
 populos dominos olim terra ditiori sua sub-
 iecit, pugnisq; acerrimis vicit. Germani
 enim fuerunt, qui Parthum cum exercitu
 ad interuicium usq; fugarunt, Ger-
 mani fuerunt, qui Galliam, Hispaniam,
 Britaniam, Africam & deniq; Italiam ipsam
 in potestatem suam redigerunt, victores

in hisce regionibus domicilia sibi constituentes.
 In sequenti quoque tempore, cum Germania im-
 peratores sortita esset, primum inter ceteras
 gentes locum tuebatur. Scripta
 et popularis nostri Rusiam ceteraque regiones
 septentrionales moribus atque doctrina collustra-
 verunt, & forsitan in nostris diebus Germania
 magistra atque exemplum ab iis nationibus
 assumeretur, a quibus usque adhuc didicimus,
 nisi sermo noster tam difficilis et cum illo ser-
 mone, quo ceteri populi a Romanis victi
 utuntur, non tam parum cognatus esset.
 Germanicum denique illum populum esse exi-
 stimamus, qui maxime inter omnes opibus
 viget valetque. Alias enim nullo modo, tal

Splendidissimas aulas principum suorum su-
 stentare, & tam copiosam nobilitatem cum
 clero alere tamq[ue] multos eosq[ue] maximos
 exercitus ferre posset, quo minus oneri suc-
 cumbat; cui quidem nullum aliud Europæ
 regnum pari esset, nisi subditos suos ex-
 hauseret, atq[ue] omni fructu sudoris eos spo-
 liaret. Huc accedit, quod Germania
 nulla ope ab externis provinciis adiuvatur.
 Nulla ei redeunt ex amplis possessionibus
 Asiaticis vectigalia; nullas habet auri
 fodinas, et divites argenti classes, nul-
 loq[ue] emolumento fruitur ex coloniis in
 India occidentali. Et tamen omnia

illa onera, quae superius nominavi, non
 tantum non sentire, sed potius "indies"
 magis magisque salus atque felicitas inco-
 larum crescere atque augeri videtur.

Cara ergo atque dilecta nobis sit patria,
 tam multis in rebus ceteris terris pra-
 stantior; omnes vires, omne studium
 nostrum ad illius emolumentum conse-
 ramus, & quantum in nobis est per-
 fectionem atque salutem eius augere
 ac confirmare studeamus. Quanam
 vero se magis id peragere possimus,
 quam felicitate singulorum promoven-
 da, ex quibus consistit respublica.

Sanctum et venerabile nobis sit
 patris nomen; nulla stultitia ma-
 ioribus et germanico nomine indignos
 nos reddamus, ineptias, quas luxus
 alieni populi protulit, colentes atq; imi-
 tantes.

Semper nos veram Germaniam sobolem
 confiteamur. I. integritatem vita atq;
 I. animi fortitudinem prioris aevi
 cum artibus humanioribus et sci-
 entis nostri temporis coniungentes.



Faint handwritten text, possibly a title or name.

Faint handwritten text, possibly a title or name.

Faint handwritten text, possibly a date or number.

*lit
na
indign
lucrat
dij
Jobb
ita
aer
et ja
ngest*

